Propriis ac foro competentibus recedendo Iuri vero presenti Castrensi Premisliensi
in Iurisdictionem se eius Successoribus quo ad actum et effectum presentem attinet incor-
poranda et subiicienda sanus mens et corpore exstans pure pala ac per ex-
pressum recognovit. Quia a Generosis Victorino Abigneo Martino Pe-
tro filiis et Zofia filia Successoribus legitimis Generosi olim Nicolai
Siemensky de Siemno Succamerarii Terre Sanocensis Summam Centum
florenorum pecunie ipsi per Generosum olim Nicolaum Siemensky Actis presenti-
bus Castrensibus Premisliensibus inscriptis totaliter et in effectu recepit et ma-
nualiter levavit receptamque et levatam ad se tulit ratione cuius rece-
ptionis eosdem Siemenskie Successores dicti Generosi Nicolai Siemensky
Succamerarii Sanocensis eorumque Successores quietat liberosque et immu-
nes fore perpetuis temporibus dimittit Inscriptionemque prefatam Ca-
strensem Premisliensem super pretacta Summa servien cum omnibus eiusdem con-
ditionibus in toto cassat mortificat annihilat obliterat perpetue et
in aliud sibi et Successoribus suis ratione premissorum perpetuum imponen-
dum silentium hac sua presenti recognitione mediante Quod mihi firmatum est.

Castellanus Premisliensis quietat Capitaneum Premisliensem.

Comparens personaliter Coram Officio cui presidebat Generosus Albertus Lu-
thosiawski Gladifer Terre Vice Capitaneus Causarumque Officii Castren-
sis Premisliensis Iudex et Actis presentibus Castrensibus Capitulibus Premisliensibus
Magnificus Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow Castellanus Prae-
misliensis a pallatinatibus Terris Districtibus iuribusque suis quibuscumque
propriis ac foro competentibus recedendo Iuri vero presenti iurisdictioni se eius Suc-
cessoribus quo ad hunc actum attinet incorporandum et subiicienda sanus
mens et corpore exstans pure palam ac per expressum recognovit Quia
a Generoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow Capitaneo Premisliensi
Summam Quatuor Millium Trecentorum Sexaginta Novem florenorum pecunie
et viginti Septem grossorum ipsi Actis presentibus Castrensibus Premisliensibus

solvi inscriptis recepit manualiterque in effectu levavit ratione cuius per-
ceptionis eundem Generosum Joannem Thomam Drohoiowski quietat libe-
rumque ac immunem fore eum ipsius Successoribus perpetuis temporibus
dimittit Inscriptionemque eadem Castrensem Premisliensem super prefatam Su-
mam servien cum omnibus eiusdem Conditionibus in toto et in minima
parte cassat mortificat annihilat obliterat perpetue et in aliud
sibi et Successoribus suis ratione premissorum omnium agendum ea repetendum
perpetuum imponendum silentium hac sua presenti recognitione mediante
Quod mihi firmatum est.

Capitaneus Premisliensis tenetur Castellano Premisliensi

113

Comparens personaliter Coram Officio cui presidebat Generosus Alber-
tus Luthosiawski Gladifer Terre Vice Capitaneus Causarumque Officii
Castrensis Premisliensis Iudex et Actis presentibus Castrensibus Capitulibus Prae-
misliensibus Generosus Joannes Thomas Drohoiowski a Drohoiow Capitaneus
Premisliensis a pallatinatibus Terris Districtibus iuribusque suis qui-
buscumque propriis ac foro competentibus recedendo Iuri vero presenti Castrensi
Premisliensi in iurisdictionem se eius Successoribus bonisque omnibus quo ad actum
et effectum presentis Inscriptionis attinet incorporandum et subiicienda sa-
nus mens et corpore exstans pure palam ac per expressum recognovit
Quia a Magnifico Stanislao Drohoiowski a Drohoiow Castellano Prae-
misliensi et eius legitimis Successoribus Summam Quatuor Millium Nonin-
gentorum et Quinque florenorum pecunie et grossorum Septem cum medio
singulum florenum per grossos triginta polonicales computandum certi
veri liquidi mutui atque essentialiter debiti tenetur et ipse debitus pre-
sentibusque se eius Successoribus in et super bonis suis omnibus hereditatibus et
obligationibus Mobilibus et Immobilibus inscribit et obligat eandem Summam
Iuri pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate